



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Praxis Beneficiorvm D. Petri Rebvffi Montispessvlani
Ivrvvm Doct. Ac Comitiss, Ivrisqve Pontificii Ordinarii
Professoris Paris. & ibidem in supremo Senatu Causarum
Patroni**

Rebuffi, Pierre

Coloniae, 1610

De literis dimissoriis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63686](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63686)

decentes. *esp. cler. ibi. & in clem. vlt. de vita & honesta. cler. Boer. in decis. Burdegal. q. 69. super questione.*

De literis dimissoriis.

Interdum tonsura à non suo confertur episcopo iure, vt pote quando ordinatus habet à suo episcopo literas dimissorias, per quas episcopus subdito concedit, eamque dimittit episcopo alieno ordinandum.

2 Et aliquando istæ literæ sunt speciales, vt possit à tali episcopo ordinari, & tunc ab alio ordinatus nõ iuuabitur ordinibus sibi collatis: quia non habet ad hoc concessionem: nam postquam est concessum de vno, de alio est prohibitum. *l. cum prior. ff. de iud. c. nonne. de præsumpt.*

3 Aliquando literæ sunt generales, vt quis possit ordinari à quocunq; antistite, gratiam & communionem sedis Apostolicæ habente, *vt in c. pen. de præser. vnde si episcopus fuerit excommunicatus, suspensus, interdicitus, vel hæreticus, schismaticus, non poterit tonsuræ, vel alios ordines conferre, nec proderit ordinato. c. quod seden. de offi. ord. vbi gl. alia iura adducit, etiam quia ad illum non est dimissus hic ordinatus: ergo sine literis dimissoriis esse censetur.*

4 Vel etiam sunt generales ad quoscunq; ordines, vt omnes ordines, à tali episcopo, vel à quocunq; antistite sumere possit: nam & quâdoq; aliquis sumit tonsuram, vel alios ordines ab alieno episcopo, in dicecesi tamen ordinati, interdum extra dicecesim, de quo inferius dicitur: & ego scripsi in tract. nomi. q. 14. num. 42.

Cautela vt *5* Vnde si quis à non suo episcopo tonsuram sumpserit sine dimissoriis, cautela est, vt impetret literas perinde valere à Papa, vt illa tonsura perinde valeat, ac si data & concessa à suo fuisset episcopo: & hoc antequam alios sumat ordines, & antequam eidem conferatur beneficium: & hoc à Papa, non à pœnitentiariis, qui super hoc dispensare non possunt. *cap. i. in fin. de temp. ord. mand. in 6. quia si initium debile sit, superædificari valide non potest. ca. principis. u. q. 1. egi. ff. de except. rei iud.*

6 Nunc videndum est, quia de dimissoriis agitur, à quo hæ literæ dimissoriæ concedi valeant? Respon. ab episcopo originis, dummodo sit electus & confirmatus, possit licet non consecratus. *cap. cum nullus. de temp. ord. mand. in 6. vbi dicit etiam concedi ab episcopo domicilij, & beneficij, & à vicario generali episcopi, ac à capitulo sede vacante. Ibidem Perus. in c. fin. in fi. eo titul. Inferiores ergo has literas concedere non possunt. d. ca. cum nullus. nisi hoc facerent ex legitima consuetudine. gl. & Doct. ibi, & Ausred. in decis. 450.*

7 Imò superior, scilicet Archiepiscopus iure Metropolitano subditis suffraganeorum tonsuram, vel ordines seu dimissorias concedere non potest; *Perus. & alii in d. c. nullus. quibus cōcedere possunt.*

8 Papa tamen iure suo has concedere Christianis omnibus potest. *cap. i. de temp. ord. lib. 6. ibi nisi à nobis specialem licentiam habeant, quia est generalis episcopus totius mundi. ca. fraternitatem. 71. distin. 8. c. cuncta, per mundum. q. 3. in eo tamen quod contulit beneficium alicui, vel episcopatum, nõ reseruat sibi ordines, saltem de consuetudine Franciæ, quicquid dicant doct. in d. c. cum nullus.*

Formula dimissoriarum literarum.

Videamus quæ debeant hæ literæ dimissoriæ continere, Respon. Primo nomen concedentis, vt dixi in tonsura. & cognomen illius, cui conceduntur, & permissio, quæ sic solet conscribi.

Ioannes, &c. Petr. &c. vt à quocunq; D. Antistite ritè & canonicè promotò gratiam & communionem sanctæ sedis Apostol. obtinent. quem propter hoc adire malueris primam tonsuram accipere, & ad accolytatum ceterosque minores etiam subdiaconat, diaconat. & presbyterat, sacros ordin. statutis à iure temporibus